



Niuerfis, & fingulis Iuftitijs, Iuratis, Pedagiarijs, Lezdarijs, Arrédatoribus, Cuftribus Pedagiorum, & lezdarum cæterifq; quibusuis offi
 cialibus Regijs intra præfens Regnum Aragonum conftitutis, & conftituendis, ad quem feu quos præfentes peruenerint, feu quomodolibet præfentatæ fuerint, & ve-
 ftrum quilibet nos Iurati, & homines loci
 Vallis de Tena, falutem, & dilectionem. Certum eft vos iam eſſe certiores, quod om-
 & aliorum locorum dicte Vallis de Tena, ſumus exempti, liberi, & immunes ab omni

hõere ſolutione, ſiue præſtatione cuiuſcunq; pedagij, pontagij, alteriuſque quibusuis uicigalis, & honoris impoſitis, & imponendis per totum Regnum Aragonũ
 & hoc per plura, & diuerſa priuilegia, tam Inſantionibus, quàm ſigni ſeruitij conſeſſa per Sereniſſimos Reges Aragonum, & ſignanter per quodam priuilegiũ dñi Ioãnis, colende
 memorię Regis Aragonum conſirmatũ, & approbatũ per victorioliſſimũ dñm Alphonſum felicis recordationis, vt de prædictis priuilegio, & conſirmatione conſtat per the norem
 illorũ, qui ſunt talia. NOS Alphonſus Dei gratia Rex Aragonũ, Sicilię, Valentię, Maioricarũ, Sardinie, & Corſicę, Comes Barchinone, Dux Attenarum, & Neopatrię, ac etiam Comes
 Roſilionis, & Ceritanie, quoniã pro parte fidelium noſtrorum proborum hominũ, & Vniuerſitatum locorum Vallis de Tena, infra dictũ Regnum Aragonũ in alteijs montaneis
 Iaccę ſituate, fuit noſtrę maięſtati excelſitudini humiliter ſupplicatũ, vt cum quodam franquitatis priuilegium per dñm Regem Ioannem auunculi, & prædeceſſorem noſtrũ me-
 morie celebriſ diſtis probis hominibus, & Vniuerſitatibus dicte Vallis conſeſſum, in quodam tráſumpto publico ſigillo apeditio Iuſtitie dicte Vallis, nobis que reuerter̃t̃ oſteſo,
 cuius priuilegij ſerie ſic ſe habet. NOS Ioannes Dei gratia Rex Aragonum, Valentię, Maioricarũ, Sardinie, & Corſicę, Comes Barchinone, Roſilionis, & Ceritanie, tam exigenti-
 bus ſeruitijs laude dignis per vos fideles homines noſtros, & Vniuerſitates locorũ Vallis de Tena infra Regnum Aragonum in alteis mótaneis Iaccę comarcãtibus cũ terris Regni
 Frãcie, & Anglię Comitib; Foxię conſtitutæ prædeceſſoribus noſtris Aragonum Regibus, & nobis gratatè præſtitis, & que ſubueniẽdo neceſſitatibus noſtris, & alijs præſtare aſſi-
 duẽ nõ definitis pro noſtro corde, quàm vt Vallis ipſa, & eius loca cuius habitatores habet per ſepe cum habitatoribus locorum Regnum Frantię, & Anglię, ac Comitib; foxię diuer-
 ſis rationibus contẽdere, & inhire præliarum eiufdem, nõ ſolum cõſeruentur, ſed vt populatoribus Angeantur, thenore præſentis priuilegij cũtis temporibus valituri cõcedimus
 vobis diſtis probis hominibus, & Vniuerſitatibus, ac ſingulariũ locorũ de Sallent, de la Nuza, de Panticofa, de la Paul adentro del Pueyo de Hoz, de Bubal, de Piedraſta, de Saques,
 de Tramacaſtilla, de Sandinies, de Eſcarrilla ia diſta Valle de Tena conſiſtentium, & corumbis aliorum locorum Vallis prædictę tam Inſantionibus, quàm ſigni ſeruitij, & veſtrum
 poſteris ſucceſſoribus ibidem populatis, & populãdis, qui ſitis, & ſint perpetuo franqui, quieti, & immunes ab omnibus, & ſingulis lezdis, pedagijs, pontagijs, cuſcolis, paſſaticis, mē
 furatis, penſis, & alijs uicigalibus, & honoribus eorundem impoſitis, & imponendis per totum Regnum Aragonum, & terras eiufdem itaq; Collectores eorundem præſentes, atque
 futuri, ac vobis, nec veſtris præſentibus, atque futuris ratione diſtarum lezdarum, pedagiorum, pontagiorum, & cuſculorum, paſſaticorum, menſuraticorum, & pẽſorum pro veſtris
 & eorum perſonis rebus, atque mercibus nihil exigant, imò prædictam noſtram conſeſſionem, & priuilegium ſeruent, & ſeruare faciant in concuſẽ, ſub pœna mille florenorũ au-
 rei noſtro erario aplicandorum, & de bonis eorum toties, quoties, contra factum fuerit exigendorum, mãdantes per hanc eandem in clyto Infanti Martino, Duci Montis Albi fratri
 noſtro chariſſimo, ac Gubernatori Generali in omnibus Regnis, & terris noſtris, necnõ Gubernatori, Iuſtitie, & Baiulo Generali Regni Aragonum, Iuſtitijs, Merinis, Zalmetinis,
 Suprajuntarijs, & alijs vninerſis, & ſingulis Officialibus, & ſubditis noſtris, & diſtorum Officialium Locatenentibus præſentibus, & futuris, de certa ſciẽtia, & expreſſẽ volumus,
 & mandamus, quatenus præſentem franquitatem, & immunitatem teneantur, & obſeruentur, & inuiolabiliter obſeruare faciant, & non contraueniant, nec per aliquem contraue-
 nire permittant aliquo iure, cauſa, vel occasione ſi iram, & indignationem noſtram cupiunt euitare, in cuius rei teſtimonium præſentem fieri, & ſigillo maięſtatis noſtri impen-
 denti iuſſimus communito. Datt. Cæſarauuſtę vigefima die Aprilis, Anno à Natiuitate Dñi milleſimo tercentefimo nonageſimo primo, Regniq; noſtro quinto. Sig. nũ Ioannis
 Dei gratia Regis Aragonũ, Valentię, Maioricarum, Sardinie, & Corſicę, Comitib; Barchinone, Roſilionis, & Ceritanie. Rex Ioannes. Teſtes ſunt Garſias Cæſarauuſtę Archie-
 piſcopus, Raymundus de Peritionibus Vicecomes Rotenſis, Raymundus Alaman de Cerbellon, Eneus de Conta Camarlengui, & Franciſcus Taguanga Vgerins miles. Sig. ¶ num
 Bonatij Egidij prædicti dñi Regis Scriptoris, qui de eius mandato hæc ſcribi feci, & clauſi cum raſo, & correcto in lineis quarta vicinorum, & quinta. Cum eiſdem, fuit caſualiter
 admiſſum, adeoq; ipſum nullatenus poteſt reperire, nec dicti admiſſi priuilegij vitioſe ocaſione alienis præiudici, aut damna iactura eiufdem aliquatenus inſidaturus ſum de benigni-
 tate Regia reſci facere dignaremur, Nos verò dicti ſupplicationi, vt iuſte rationi cõſone annuentes benigne, aut volentes conſeſſa per dictũ dñm Regem inuiolabiliter perma-
 nere dictum franquitatis, priuilegium, in hæc formam nouiter in pergamenõ redactum reſcribi & reſci fecimus, & iuſſimus noſtro ſigillo cõmuni impendẽti munitas. Datt. in Ci-
 uitate Turolij die ſexta decima Decembris, Anno à natiuitate dñi milleſimo quatuordecimeſimo vigefimo ſeptimo, Regniq; noſtri duodecimo. Rex Alphonſus. Dñs Rex mandauit
 mihi Francisco de Arinio, & viderunt eam Alphonſus de Borja Theſaurarius in R. gar. decima. ET CVM
 fuerit, & ſit vici-
 nus, & habitator ſupradicti loci
 dicte Vallis de Tena: ideò, & alijs vos deſuper nominatos, & veſtrum quẽlibet ex parte maięſtatis dñi noſtri Regis, qua in
 hac parte vtimur, requirimus, & ex noſtra rogamus, quatenus dictum
 fuiſq; procuratoribus, & famulis franquitatem, & libertatem noſtram
 de ſuperdictam inuiolabiliter obſeruetis, & contra eam nihil petatis, ſeu exigatis, peti, ſeu exigi faciatis, neq; mandetis ſub pœnis fori, & alijs in diſtis priuilegijs impoſitis, &
 contentis, & quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes conſeſſimus, & expediri iuſſimus modo ſupradicto, & ſigillari ſigillo præſentis Vallis de Tena. Datt. in di-
 cto loco.

C. 4-23

5